



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 45. Monasteria in Aquitania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

brasset, esse jussum, percontabatur, an
ferio auxilium peteret, vel simulate, ut
ipsum humilitatem experiretur. Sed
Gauderico rogare perseverante, Bernar-
dus, ei manus imponens, imperavit fe-
bri, ut languentem relinqueret, & pro-
tinus sanum reddidit. Ceterum multis
aliis miraculis S. Bernardus claruit.

Sæcul. XII.
A C. III.

§. XLV.

Monasteria in Aquitania.

Sub idem tempus vir spectatæ Sanctita-
tis Gerardus de Salis pœnitentiam
prædicabat in Aquitania, ubi complura
condidit monasteria, ac præter alia se-
quentia septem, Caduinense in Diœcesi
Petricoriensi, hodie Sarlatense dictum,
* alia in Diœcesi Pictaviensi, Dolo-
nense in Diœcesi Lemovicensi, Grandis-
Silvæ in Diœcesi Tolosana, & Burneten-
se in Inculismensi. Dolonense, anno mil-
lesimo centesimo decimo septimo funda-
tum, caput majoris Congregationis eva-
sit, sed hæc feminarum Abbatia postmo-
dum Disciplinam Cisterciensium, sicut
etiam pleraque monasteria, Gerardo Au-
ctore exorta, amplexa est. Ipse anno
millesimo centesimo vigesimo obiit.

Chron. Mal-
leac. anno
1120. p. 219.
Chartul. M.
S. Loci Dei.
* Les Alleus,
Chasteliers,
l'Abbie.

§. XLVI.

Paschalis II. obitus.

Paschalis II. soluto Concilio Beneventa-